



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 43. Congregatio de legendis literis, nec non de Synodi sigillo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Sæcul. XVI. A.C. 1546. cis Legatum agebat, injunxit, ut Legatis præciperet, quatenus in hoc negotio lentius procederent, nec Protestantes anathemate percellerent, ne forte illi adhuc magis in furorem agerentur.

§. XLIII.

Congregatio de legendis literis, nec non de Synodi sigillo.

Paltav. c. 8. n. 1. & 2. Raynald. ex MS. Arch. sign. 3232. p. 112. & ex Diario Conc. Trid. p. 68. ad hunc ann. n. 18. Die vigesima nona Januarii alius habebatur Patrum confessus, in quo recitatæ fuerunt literæ, quas Episcopus D. Marci ad Principes perscribere jussus erat. Insuper ibidem fuit sancitum, ut pariter epistola ad Papam mitteretur, in qua Patres Pontifici ob convocatam, inceptamque Synodum grates agerent, simulque eundem rogarent, ut Principes Christianos ad mutuam inter se pacem hortaretur, eosque moneret, ut suos quoque Episcopos ac Legatos ad Tridentinam Synodum decernerent. Hanc in rem Majerano Archiepiscopo ex Synodi consensu observare placuit, quod in literis ad Papam datis non adeo sollicitè, ut Italiæ Episcopos ad Synodum sollicitaret, ab eo peteretur, sed potius, ut exterarum nationum Antistites, qui ejus jurisdictioni subsunt, Tridentinum accedere urgeret. Porro Episcopus Castellimarinus contendebat, quod

quod hasce literas vel omnes Prælati, vel saltem aliqui suo chirographo munerent. Huic autem Cardinalis Montanus reposuit, admonens eum, ne prærogativam muneri Legatorum debitam invideret. Posthæc agitabatur rursus quæstio, an Galliarum Rex præponendus esset Romanorum Regi, causantibus Gallis, quod *eorum Rex reapse Rex, Romanorum vero Rex non nisi talis in spe esset.* Ex adverso Germaniæ Episcopi demonstrabant, Regem Romanorum pari cum Imperatore auctoritate pollere. Tandem ex omnibus hisce litibus nova disceptatio oriebatur circa sigilla Decretis apponenda; nam disceptabatur, utrum speciale sigillum, quod sanctum Spiritum in figura columbæ unacum Synodi nomine exhiberet, esset imprimendum. Verum Legati dextere exposuerunt, quod Tridenti non inveniantur sigillorum sculptores, Venetias vero mittere longiorem deposceret moram, ac proin fatius foret, interea primi Legati sigillum adhibere. Placuit Patribus hoc Cardinalis consilium, unde literæ non Synodi, sed Legatorum nomine ad Cæsarem, ceterosque Principes mittebantur (*).

§. XLIV.

(*) Cum hasce nugas nec Pallavicinus, nec Ray-

Sæcul. XVI.
A.C. 1546.

3. J. vallis
2. n. 8. 9